



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

De modo visitandi Monialis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

CAPVT III.

Demodo Visitandi.

VISITATOR, si est Episcopus, duobus, vel tribus (licet plures adducere possit) iuxta qualitatem Monasterij, vel si non est Episcopus vno, vel duobus secū assumptis; quibus singulis aliquid præcipuum, ad cooperandum mander, Monasterium visitet; Prius tamen Missā celebret, in ipsaq; illis sanctiss. Eucharistia Sacramētum ministret: & post Missam ante cratem, vel fenestellam, vt commodius erit, sermonem habeat, in quo inter cætera agat de scopo, & vtilitate Visitationis, & quomodo in ipsa Moniales se gerere debeant: maximè autem vt omni charitate veritatem dicant, non eorum solū, de quibus requirentur, sed etiam omniū, quorum pro disciplina restauranda, vel conseruanda, vel etiam augenda, & pro illarum profectu necessaria, vel vtilia esse iudicabunt, docens etiam illas grauitè peccare, quæ mendaciū dicunt, præsertim in hac materia,

quæ veritatem tacēt, & quæ ex indignatione, rancoreuè, & odio aliquid de alijs detegunt, manifestantq;. Sermonem autē absoluto, accensis luminibus sacrosanctū Eucharistia Sacramētum quod in Ecclesia exteriori in tabernaculo decente super altare maius seruandum est, sacras reliquias, & oleum sacrum pro infirmis, quæ etiam in Ecclesia exteriori in fenestellis ad præscriptū seruari debent, visitet, vt supradictum est. Et hoc modo regulariter visitandum est. Quandoque tamen ex improviso à visitatione locali inchoandum est; & tunc sermo habendus est immediatè ante visitationē personalem. Et si fortè aliquis ipsum impedire præsumpserit; nisi monitus resipiscat, excommunicatus est ipso facto. Et monitio vnica sufficit; sed debet fieri per Visitorem, & non per alium post impedimentum, & sufficit vna talis monitio.

Clem. 3.
de stat.
Monac.
& ibi
Card.

CAPVT IIII.

De Visitatione personali.

ANTEQVAM Visitator personalem Visitationem aggrediatur, præteritarum visitationum, decreta, indices, & alia, quæ à præfecta præparata erunt, vt supra, diligenter videat, atq; consideret. Visitationem autem incipiat interrogādo Præfectam separatim quoad Moniales, in præsentia tamen aliquorum, qui sint maturi, & modesti, & qui defectus occultos, quos audiunt, alijs non reuelent, vel in præsentia Notarij; quia visitati soli non creditur, sed vel Notarius, ve

S. Ant.
d. c. 6.

e. quoniam,
de pro ba.
Imol. in

alij si fieri potest, ita intersint, vt eos Moniales adesse non cognoscant. Interroget autem Præfectā, & aliquas ex Monialibus, & etiam alias probatoris vitæ, vt infra, in statu generali; A Præfecta præcipuè (si fidelis, & pia sit) aliquarum Monialium cognitionem, notitiamq; habere curet, illarum præsertim quæ magis piæ, & illarum, quæ teteriores cōmuniter existimantur, vt veritatem cognoscere, ac quomodo cum illis se gerere debeat, melius scire possit. Postremò ante cratem

Clem. 3.
de stat.
Monac.